De adjectivorum motione anomala
Dissertatio secunda

qua

orationes

ad celebrandam virorum meritissimorum

Jacobi Friderici a Rhod

et

Friderici a Groeben

memoriam

publice in auditorio maximo habendas

diebus XXII. et XXIII. Maji

indicit

C. A. Lob[illegible]ck,

Antiq. [redacted]

Regiomonti Borussorum,

typis academicis Hartungianis.

MDCCCXXXI.

Postremum erat plurale ἐκδέκτορα, cui διάκτορα ἔγχεα Nonn. XXXIX. 82. et διάκτορον ὄμμα Joann. Gaz. Ecphr. v. 594. comparari potest ob ortum a substantivo διάκτωρ [1]), nisi verum at certe creditum. Ceterum de hoc genere verbalium affertur quaedam Philoxeni praeceptio Etym. M. p. 96. 46. sed obscurata illa librariorum negligentia: Ἀνάκτωρ οὐ πεποίηται παρὰ τὸ ἀνάσσω, οὐδενὶ γὰρ τούτων τῶν ῥημάτων παράκειται οὐδετέρου παρασχηματισμός [2]) πεποίηται οὖν παρὰ τὸ ἀνάκτορος, quibus hoc potius significari videtur, neutrum ἀνάκτορον non ab ipso verbo ἀνάσσω sed a masculino ἀνάκτορος per anadromen genitivi in nominativum orto arcessendum esse. — Paronymorum motionis minus legitimae exempla sunt διδυμάνορα κακά Aesch. Sept. 834. et τέκεα ἀπάτορα Eur. Herc. 114. quae difficile erat aliter efferre, licet ὄπατρος dicatur et ὁμόπατρος, et a consimili principio συρόγαστρος, ὁμογάστριος, ὁμομήτριος, μόνανδρος etc. Ex adjectivis quae a neutris in ορ composita sunt, unum inter utramque declinationem fluctuat, χρυσάωρ, χρυσάορος, δολιχάορος, alterum uniusmodi est δυσήτωρ, μεγαλήτωρ, ambo autem hominum sunt epitheta, neque neutro genere indigent. Ab ὕδωρ

1) Bianoris auctoritatem removit Schneiderus in Lex. Gr. probabili emendatione, quae Jacobsium fugit.

2) Existunt quidem a verbis neutralia sed diversae formae et significationis: γάρακτρον, μάκτρον, πλῆκτρον etc.

componitur μελάνυδρος, ἀνύδριος, a στατὴρ δεκαστάτηρος, a κὴρ ἔγκηρος, ἀκήριος, et ad idem exemplum δυςάερος, διάστερος, κατάστερος, ἑπτάστερος, quorum ad similitudinem revocavi vitiosum genitivum πολυαστέρος in Aglaoph. p. 462. Alia formam simplicium retinent: σῖτον μελανάθερα Geoponn. III. 3. 11. p. 227. μιξόθηρ apud Lycophronem et alios, ὀλεσίθηρ, quod Valckenarius Euripidi restituit Phoenn. 689. Sed quod Vossius et Buttmannus in Arati Phaenn. v. 664. ediderunt, ἱπποτάφηρος sive ἱπποτόφηρος pro ἱππότα φηρός, nihil reveriti Scholiastae admonitionem: τῷ ἱππότα ἀντὶ εὐθείας ἐχρήσατο ὁ ποιητής, οὗτος δὲ ἀντὶ γενικῆς, id tam insolenter compositum est, ut nihil sui simile habeat, nisi quis homericum τοξότα λωβητὴρ, quod plures ὑφ' ἓν νοητέον esse statuunt, sub uno scribere velit accentu. Eustathius quidem p. 1457. 23. genitivum illum sine ulla vitii suspicione affert, nec vetus ignorat disciplina. Choeroboscus Anecd. p. 1241. ἐπειδὴ αἱ γενόμεναι κατὰ μεταπλασμὸν εἰς ᾰ αἰτιατικαὶ, μὴ ἀπὸ προηγουμένης γενικῆς ἢ δοτικῆς μεταπλασθείσης εἰς ᾰ, προπαροξύνεσθαι θέλουσι, οἷον ἀλίτροχα, διθύραμβα, πυργοκέρατα, εὐλόγως καὶ ἡ μητίετα αἰτιατικὴ κατὰ μεταπλασμὸν γινομένη προπαροξύνεται. Οὐδὲ γὰρ ἔχει γενικὴν ἢ δοτικὴν προμεταπλασθεῖσαν ἐν πλάτει εἰς ᾰ, εἰ καὶ σπανίως τὶς θέλει εἰπεῖν ἐπὶ τούτων [3]) γενικὴν ἢ δοτικὴν μεταπεπλασμένην, paroxytona autem genitivos et dati-

---

3) Sine dubio significat tria illa proparoxytona μητίετα, ἀκάκητα, εὐρύοπα, de quibus mirum quantum argutantur veteres Technographi, metaplasmos vocativorum et accusativorum praetexentes. De primo mihi satis facit quod Aristarchus, hujus tonosis auctor, attulisse videtur probatum Apollonio, μητίετα dici pro μητῖτα ideoque accentum in eadem syllaba retineri Schol. Ven. A. 175. et 508. Ἀκάκητα, quod Aristarchus eodem modo, plerique perispomenos scripserunt, certe manifestum est a communibus istis, ἠχέτα, ἠπύτα, ἱππηλάτα, ἱππότα (cui Pindaricum 'Ορσοτρίαινα componit Schol. Ol. VIII. 64.), νεφεληγερέτα, τοξότα, κυανοχαῖτα, multum discrepare.

vos metaplastos habere *τοῦ ἱππότα, τῷ ἱππότα·* quae fere eadem leguntur in Etym. M. p. 585. 5. Dativo hujus generis usus est Antimachus *Πατρί τε κυανοχαίτα Ποσειδάωνι πεποιθώς,* quem versum olim quum ex solo Lascare cognitum haberem, corrigendum putavi *κυανοχαῖτι* ad Phryn. p. 658. nunc, ne quid mutemus, admonet Choeroboscus Anecd. p. 1187. de omisso jota dativi disputans: *Δεῖ προσθεῖναι καὶ χωρὶς τῶν πεπονθότων. Ἐστι γὰρ τῷ κυανοχαίτου* (sic) *καὶ γίνεται κατὰ μεταπλασμὸν τῷ κυανοχαίτα* (sic) *καὶ οὐκ ἔχει προσγεγραμμένον τὸ ῑ, οἷον ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ Πατρί τε κυανοχαίτα κ. τ. λ.* Hic aliquis dubitet fortasse num pro mendoso *κυανοχαίτου* potius *κυανοχαίτῳ* scribendum sit, quam *κυανοχαίτῃ*, nam si ex hoc fit *κυανοχαῖτα*, subtracto ex Aeolum more jota, is proprius metaplasmus non est, quia dativi terminatio in *ᾶ* nulla est, metaplasmum vero fieri tradunt *ἀπὸ τελικοῦ εἰς ὁμοιόπτωτον τελικόν* Eustath. p. 75. 50. [4]). Hoc autem concesso, *κυανοχαῖτα* pro *κυανοχαίτῳ* positum esse, non poterit amplius cum *ἱππότα* componi. Verum enim hoc loco non Grammaticorum nomenclaturam sed Antimachi scripturam anquirimus, qui procul dubio nominativo *κυανοχαῖτα* similem finxit dativum sive eodem accentu sive proparoxytonon [5]). Accusativi hujus monoptotae, ut ita dicam,

---

4) Moschopulus ad Hesiod. Opp. v. 9. *μεταπλασμός ἐστιν ὅταν τέλος ὀνόματος ἢ ῥήματος ἐφ' ἕτερον τέλος τραπῇ οἰκεῖον τῷ τρεπομένῳ. οἰκεῖον δέ ἐστιν ᾧ ἡ αὐτὴ πτῶσις τοῦ ὀνόματος ἐπ' ἄλλοις χρήσαιτο ἂν ἢ ὁ αὐτὸς χρόνος τοῦ ῥήματος, ὡς ἐνταῦθα τοῦ κλῦε τὸ τέλος τὸ ε ἐτράπη εἰς θι*, cf. Draco p. 37. Sed illi, quae nos heterogenê vocamus, metaplasmis adnumerant *κύκλα, ταρσά* Etym. M. p. 544. 20. *λύχνα, κελευθα, τράχηλα*, 502. 22. Eust. p. 81. *δίφρα, ζυγά*, Schol. Ven. 1. 464. *ῥύπα* Schol. Ambros. Z. 93. in quibus omnibus accentum servari eundem nisi mutata significatione ut *νεῦρα, νευραί* Etym. s. v.

5) Arcadius de Acc. p. 129. *λέγει ὁ Τεχνικὸς ὅτι αἱ μεταπεπλασμέναι δοτικαὶ ἔχουσαι τὸ ῑ προπαροξύνονται, ὁ πολυπάταγος, τῷ πολυπάταγι.* Illud *ἔχουσαι τὸ ῑ* aut prorsus supervacaneum aut propter *κυανόχαιτα* et similes dativos additum est.

declinationis sunt *ἠχέτα* Orph. Arg. 1255. *πολεμιστά* Lith. 307. atque haud scio an eodem referendum sit *εὐρύοπα Κρονίδην*, quod vulgo ab *εὐρύοψ* repetunt, quanquam neque hoc extat neque genitivus aut dativus, extat autem nominativus *εὐρύοπα*, quem cum similibus modo Macedonicae dialecto, modo Thessalicae, modo Boeoticae, modo communi harum parenti, Aeolidi, assignant.

De nominibus in *υρ* exeuntibus ad hanc disceptationem revocandum erit *μάρτυρ* Pausan. IX. 29. 1. *Κάλλιππος μάρτυρα ποιεῖται Ἡγησίνου τὰ ἔπη*, si Siebelisius id recte componit cum *ἔπηλυ ὕδωρ*, sed videtur figurate dictum esse, testem facit epopoeam. In *ειρ* pauca exeunt, ea potissimum, quae a nomine *χείρ* composita sunt, quibus si neutro opus, paratus est exitus: *ἀράξιχειρα τύμπανα* Philipp. Thess. in Anth. Pal. VI. n. 94. sed quod Homerus usurpavit *ἑκατόγχειρος* pro *ἑκατόγχειρ* aeolicum esse dicitur Schol. Did. Il. I. 402. His notabilius illud, quod Stephanus s. *Βέχειρ* tradit: *χρυσοέθειρ παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐν Ἰοβάκχοις* (Fragm. LXXI. 184.) *ὅπερ συγκέκοπται ἐκ τοῦ χρυσοέθειρος*. Imo a nominativo *ἔθειρ*, cujus memoriam Suidas et Etym. M. s. v. servarunt, tum illud profectum est tum alia: *ὀξυέθειρος ἀκάνθης* Nonn. XX. 25. *χρυσοέθειρα Θέτιν* in cantico Heliod. III. 2. v. Corais *Σημ.* p. 378. *ὀξυέθειρας ἀκάνθας* Nonn. XIV. 368. a quo facile discernas terminationem feminini generis: *λυσιέθειρα κούρη* Nonn. XIX. 329. XXI. 77. XXXIV. 166. XLV. 48. *ὀξυέθειρα χαρίς* Joannes Ecphr. v. 454. *καλλιέθειρα Ἥβη* Nonn. XXVII. 248.: *εὐέθειρα κούρη* Anacr. Fragm. XLIV. *τανυέθειρα Σεμέλη* Pind. Ol. II. 46. *Θεαντὶς χρυσοέθειρα* Maxim. de Elect. 95. quae triplici via derivari possunt, vel ad exemplum adjectivorum in *ειρα*, *βωτιάνειρα*, *εὐπάτειρα* [6]) *παμμήτειρα*

---

6) Apte Etym. M. p. 378. hoc componit simplicibus verbalibus *γενέτειρα*, *σώτειρα*. Nomen proprium *Καλλιπάτειρα* Pausan. V. 6. indicio est

(et simplex *μήτειρα*) vel a masculino, *ὀξυέθειρ*, *καλλιέθειρ*, ut, *μάκαρ*, *μάκαιρα*, vel sic, ut simplicis *ἔθειρα* terminationem servatam esse dicamus, quomodo est *πηξιθάλαττα*, *κυανόπεζα* etc. [7]). Postremo subvenit *ἱλάειρα*, cujus masculinum Sturzius ad Emped. p. 609. *ἱλάωρ* vel *ἱλαήρ* fuisse vix obtinebit; citius crediderim subesse nomen a Suida memoratum *εἴρ λαίλαψ*, *ἢ λαμπηδών* [8]), quod Lexicographi non magis asciverunt quam Hesychianum *σείρ*, *σειρός*, *ἥλιος*. Simplex autem esse *ἱλάειρα*, ut *πρέσβειρα*, mihi tum demum persuadebitur, si quis exemplum adjectivi ab *ος* in *ειρα* traducti attulerit.

---

eam legitimum fuisse formam. Adjectivum *εὐπατέρεια*, quo post Euripidem usi sunt Apollonius, Tryphiodorus, Gregorius Naz. Epigr. LXXVII. Himer. Or. XIX, 3. 716. principio metri causa *πρὸς δακτυλικὸν ἀπαρτισμόν* introductum videtur. Praeter illa vocabula affinitatis unum succurrit *κυανοπρῴρειρα*, quod Herodianus dialysi effectum credidit e *κυανοπρῴρου*, v. Etym. M. 692. 35. Poterat *κυανοπρῴρεια* dici, nisi haec terminatio dactylo adstricta esset, *ἀμαλλοτόκεια* Joann. Gaz. Ecphr. v. 390. quo Lexica carent, *εὐρυόδεια*, quod nonnullis adeo miraculo fuit ut mallent simplicem esse vocem tertiamque syllabam leni notarent spiritu Schol. Ven. *Π.* 635, *ὠκυλόχεια*, quod nulla causa erat cur Schneiderus ad *ὠκυλοχής* referret, et plurima talia.

7) *Ἀρπεζαν* in Nic. Ther. 284. Schneiderus proparoxytonôs scripsit, in Lexico paroxytonôs. Praestat illud. Contrario vitio *Ἀλεξάνδρα* scribitur in Epigr. Append. N. 287. Anth. Pal. quamvis ultimâ longâ, et appellativum *ξψανδρα* in Ara Dosiadae v. 5. recte vero *ἀναρπαξάνδρα* Aesch. Sept. 761. quod Blomfieldio paene barbarum videtur, *στελλάνδρα ἡ κόρη* Hesych. ipsumque nomen proprium *Κασάνδρα*, ut *Ἡγησάνδρα*, *Κλεοπάτρα* etc.

8) Moschopulus Opusc. Gramm. p. 51. addit nomen fluvii esse, quod idem traditur in Anecd. p. 1200. et Herodian. Epimer. p. 220. ubi *Εἶρ* scribitur perispomenôs. In Etym. M. p. 107. 38. pro *ἴρ καὶ φθίρ καὶ φίρ*, *ὄνομα κύριον μόνον διὰ τοῦ ῑ*, scribendum *εἴρ καὶ φθείρ καὶ φθίρ*. *Σίρες* nomen gentilicium memorat Stephanus; *Σάπειρ* in numero unitatis Etym. M. s. v.

Nominum in $\overline{\alpha\varsigma}$ cum alieno genere consociatorum unicum est sed perquam memorabile exemplum, quod in Addend. p. 443. excitavi, *ἡδυβόᾳ πνεύματι* Eur. Bacch. 129. Nam quod Chariclea Heliod. X. 38. p. 443. se ipsa vocat *τὴν ἀθέμιτον καὶ πατραλοίαν*, non plus admirationis habet quam lenae increpatio Eur. Hipp. 689. *ὦ παγκακίστη καὶ διαφθορεῦ φίλων*, cui Matthiae confert Iph. J. 589. *οὐ τὴν ἐμὴν χέρα φονέα νομίζων* [9]). In Iph. A. 615. prae *νεανίαις νιν ἀγκάλαις ἔπι δέξασθε*, quod olim vulgatae lectioni *νεανίδεσσι* substitui, nunc amplector Piersoni emendationem *νεανίδες νιν*. Apud Lycophronem v. 27. *ἀπαρκτίαις πνοαῖς*, ab adjectivo *ἀπάρκτιος* repeti potest, quanquam id Lexicographi nostri ignorant.

---

9) Feminina horum vocabulorum non extant nisi apud recentiores, *ἡ φονεύτρια*. *Τὴν φθόρον* Arist. Thesm. 535. *τὴν γόνον* Iph. A. 794. *τὴν φόνον* Pind. Pyth. IV. 446.